

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXIV. Abstrusiora vel non proponat, vel conetur, ut explicando plana fiant,
inprimis à quaestionibus subtilibus & disputationibus inutilibus prorsus
abstineat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

LXIV.

Abstrusiora vel non proponat, vel conetur, ut explicando plana fiant, imprimis à quæstionibus subtilibus & disputationibus inutilibus prorsus abstineat.

Ergo.

Quæstiones curiola & difficiles concertationes Academicae, controversiaeque intricatae, subtiles, inutiles, obsoletæ, novæ, dubiæ, inaudita, quibus populus magis turbatur, quàm edificatur, à Sacro suggesta sunt amandanda. Ea verò pro concione proponenda, quæ vulgi etiam imperiti intelligentia potius, quàm admiratione excipit. Cathedras Ecclesiasticas subtilitatibus Philosophicis & Theologicis replere, idque inter homines in Catechesi & religionis Christianæ fundamentis rudes, plane nullum habet fructum. Conciones sint panaces, nec in unius sed in omnium auditorum gratiam habendæ. Adeoque non uni vel alteri docto auditori, sed potius imperitæ multitudini consulendum est. Neque illud nobis cura sit aut studio, ut ipsi eruditi videamur, sed ut quam plurimos ad fidem veram & Christianam vitam pelliceamus.

VIXI

Respon-

Responsum capiti sa. & inuicem Philosophiae quaestio-
 nes fides constans, neque humanarum ineptia-
 rum fallaciis succumbens spoliū se praebe-
 re falsitati inquit Hilarius, Pictavorum Ep-
 scopus Lib. I. de Trinit. pag. 7. Edition Froben.
 Et rursus Lib. X. de Trinit. Non per difficiles nos
 Deus quaestiones ad beatam vitam vocat. Anima
 sana non quaerit, sed credit, ait Chrysostomus Ho-
 mil. XVII. in 1. Tim. Concio disputatio non
 est, neque ex illā disputare homines discant, sed
 sincere credere, & sancte vivere. Non desunt,
 inquit B. D. Dorsheus differt, de Stud. Theol.
 qui ostentationi indulgent, & ut cum admirati-
 one publice audiri possint, cum certis quibusdam
 quaestionculis quasi paciscuntur, illas magnā a-
 ni, linguaeque promptitudine exercent, illas, quo-
 rias ex cathedra dicendum, in acie collocant.
 Ad Pauli monitū (verba sunt D. Gæbelii in Me-
 thodol. cap. XIII. pag. 447) 1. Tim. I. 4. & cap.
 VI. 3. 2. Tim. II. 12. 16. Tit. I. 14. Stultis & ineptis
 quaestionibus, contentionibus ac pugnis lega-
 libus, quae sunt inuiles & supervacaneae, quaeque
 dissidio magis movent, quam aedificant, locus
 in Ecclesia dandus non est, i. e. dogmata, quae ad
 pietatem parum conducunt, & quorum disquisitio
 cognitioque curiosos potius reddit Auditores,
 quam pios, a Cathedra Ecclesiastica arceantur.

In *Cbrystoffoni Homiliis* videre licet, inquit B. D. Carpozovius Hodeget. Membr. II. Aphor. VI. § 3. quomodo vel planè ab abstrusis & subtilibus questionibus absteineat, vel si quid de huiusmodi dicendum, quàm commodissimè ad populi captū id faciat. Quæ itaque difficiliora sunt & à populari capite remotiora, illa in Concionibus vel omninò prætereunda sunt, vel leviter delibanda, nec ea, quæ apud Theologos dubia & controversa sunt, pluribus inculcanda. Quæritur h. l. an de æternâ hominis ad salutem Prædestinatione è suggestu ad populum promiscuum sit loquendum? Negarunt olim quidam in Gallia, ob id fratres Gallia nominati, qui judicarunt, prædestinationis definitionem utilitati prædicationis esse adversam. Scripsit contra illos *Augustinus* Lib. de Prædest. cap. 14. L. l. de bono persever. cap. 14. 15. 16. L. de corrupt. & Grat. cap. 5. 14. 16. &c. Eos sequuntur quidam Calviniani, præsertim *Beza*, qui in Colloq. Mompelg. pag. 308. & pag. 310. Edit. Witt. A. 1605. dicit: Non esse consultum, coram omnibus de hoc articulo conferre, ne forte plures offendantur, quàm erudiantur, qui illa capere non possunt. Et *Carol. Regius* Jesuita Lib. X. de Orat. Christ. cap. 23. pag. 520. eximat; Materiam de Prædestinatione hæud facile explicari ex suggestu cum fructu poss

posse, & porro ait; *Et si D. Augustinus aliquando docet, quomodo hac materia pro concione tractanda sit. utilius tamen dissimulanda, & ipsis Theologorum scholis relinquenda videtur.* Ast nostri Theologi cum Formula Concordiæ articul. XI. meritò contrarium asserunt, statuuntq; uti omnia fidei dogmata, ita etiam articulum de Prædestinatione ad nostrā doctrinam & consolationem scriptum esse, Rom. XV. 4. adeoque & illum ex verbo Dei, & quidē non ex lege, sed ex solo Evangelio dextre expositum ad confirmandam fidem & certitudinē salutis nostræ esse utilissimum. Sane si totum Evangelium in Ecclesia est docendum, ergo & doctrina de prædestinatione, quæ pars est Evangelii de Christo. Prophetæ, Christus & Apostoli in suis concionibus de Prædestinationis Mysterio non semel docuerunt. Ipsi Patres in Primitiva Ecclesia non solum in scriptis suis, sed & in Homiliis suis, illud tractarunt & explicarunt. Pleriq; etiam recentiores Calviniani à Beza divortium faciunt, ejusq; opinionē de occultando hoc articulo haud obscure improbant. Vide *B. Gerbardū* in LL. Loco de Prædest. cap. I. §. 19. seq. & in Disput. Isagog. disput. XVIII. cap. II. num. 3 4 5. *B. Meisnerum* Antropol. Decad. II. disp. 12. statim ab initio. Interim tamen

Bb 2

non